

9.

Bibliotheca Vaticana, Vat. Lat. 1158, f. Iv¹

[2.] De sancto rege Ladislao
(Initium sermonis)

(1) (f. Iv) „**Crevit Samuel et Dominus erat cum eo**” I *Reg.* III (19). – Verba proposita sunt dicta de Samuele secundum intellectum historiam, et secundum intellectum anagogicalem potest referri ad laudem et gloriam beati regis Ladislai, quia sicut Samuel confortabatur a Deo et crescebat in virtutibus, sic et sanctus rex Ladislaus. In quibus quidem verbis breviter duo notantur:

primo enim notatur eius sanctitatis vite conversatio,
secundo eiusdem sanctitatis prerogativa dilectio.

(1.1) Primum notatur, cum dicitur: „**Crevit Samuel**”. Samuel interpretatur audiens Deum, vel audicio Dei, vel postulatus, petitus, nominatus.

¹ Vat. Lat. 1158: Petrus de Capua, *Alphabetum de arte sermonandi*, saec. XIII/XIV., originis Gallicae Septentrionalis; initium sermonis ca. a. 1300 insertum, cf. notam primam sermonis octavi. – (Madas–Horváth 2008, 140.)